



A collection of processes of beatification and canonization

Catholic Church. Congregatio Rituum


Harvard College
Library
VE RI TAS
FROM THE BEQUEST OF
JOHN HARVEY TREAT
OF LAWRENCE, MASS.
CLASS OF 1862

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Emo ac Rmo Domino

CARD. LUCIDO MARIA PAROCCHI

RELATORE

OCEANIAE

CANONIZATIONIS

BEATI

PETRI ALOISII MARIAE CHANEL

SACERDOTIS MARISTAE

Pro-Vicarii Apostolici Oceaniae Occidentalis


NOVA POSITIO

SUPER MIRACULIS

ROMAE

TIPIS PERSEVERANTIAE

1902



OCEANIAE

CANONIZATIONIS

BEATI

PETRI ALOISII MARIAE CHANEL

SACERDOTIS E SOCIETATE MARIAE

OCEANIAE PROTOMARTYRIS

NOVAE ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur?

Beatissime Pater,

1. Cum duo miracula proponerentur, quae precibus Beati Chanel perhibebantur a Deo omnipotente patrata; non pauca quidem, neque ea levia, pro meo munere, contra eadem miracula, mihi contigit obiicere. Haec diluere summa quum industria, tum scientia conatus est causae Vindex potissimum voto innixus, quod exaraverat Henricus Sabatucci, doctor physicus, salutarium disciplinarum peritissimus. Quum vero, die 22 ianuarii anni 1901, sacer Coetus convenisset, in aedibus Emi Lucidi Mariae Parocchi S. R. E. Cardinalis, non sunt arbitrati AA. PP., quae

obiecta fuerant de probationum infirmitate, de indole ac gravitate morborum, deque imperfectis sanationibus esse diluta. Quod quidem de singulis propositis miraculis est videndum.

Miraculum Primum

Instantaneae perfectaeque sanationis **SORORIS ALOISIAE AGNETIS** *ex Instituto S. Marthae, a meningo-mielitide.*

2. Negat quidem çausae Vindex, tres medicos Sororem Aloisiam Agnetem curavisse. Verum, quod ipse negat, affirmant testes: « So, ait testis IV, che la mia suora Luigia « Agnese è stata visitata da *tre dottori,* durante la sua « malattia: ha avuto forse più di duecento visite » (*Summ. pag. 26* § *97*). Testis autem V: « *Tre dottori* hanno vi- « sitato Suor Luigia Agnese: il Signor Lisnard, qual me- « dico della casa, il Signor Jourdan, durante l'assenza « del primo; ed il Signor Guirard, in qualità di amico « della casa » (*Summ. pag. 29* § *112*). Ipsa sanata soror testata est: « *Due medici* mi hanno curata, durante la « mia malattia: il Dottor Lisnard, come medico titolare « della casa, e il Dottor Jourdan, nell'assenza di quello: « *sono stata ancora visitata dal dottor Guirard,* quale « amico della casa, per la durata di sei mesi » (*Summ. pag. 11* § *34*). An sex menses satis huic non fuerunt, ad morbum sororis rite pernoscendum?

3. His vero tribus medicis, alios quoque arbitror addendos. Namque a sanata sorore habemus: « Nelle mie prece- « denti risposte, non ho parlato che *di tre medici:* sa- « rebbe buono di aggiungere, che la mia Suora Superiora, « avendo avuto cognizione d'un sistema elettro-omeopa-

« tico (sistema Sauter) volle farmelo adottare » (*Summ. pag. 16* § *53*). Nemo tamen temere censeat; Antistitam suo libitu expertam esse hanc remediorum rationem. Ergo medicus aliquis homoeopathicus necessario adhibitus est. Hic tamen, aut hi medici homoeopathici in iudicio auditi non sunt.

4. Pariter non est plane auditus doctor Jourdan. Inquit equidem Patronus, hunc ideo non esse auditum, quod scripserat, brevi se tempore aegrotam sororem curae habuisse. Id tamen omissionem non excusat. Poterat enim medicus Jourdan de eo ipso, quamquam breviore tempore, testimonium suum ferre: quando id acciderit: ecquas ipse curas adhibuerit: quid eae ad sanationem conferre potuerint: quid de morbo ipse iudicaverit: non enim poterat morbo curas afferre, quin eum nosceret: tandem ex eius ore scire potuissemus, quidnam ipse de morbo providerit, utrum sanari, necne posset.

5. Attamen, ut alter ex PP. AA. hic addit « ex actis facile « colligitur, non ita brevi tempore in sui curam aegram « suscepisse, quamvis Antistita in facti relatione (*Summ.* « *pag. 87*) dicat, per aliquot hebdomadas id fecisse. Nam « pergit ipsa referre, a suffecto medico adhibita esse *lini-* « *menti, unzioni, frizioni, bottoni di fuoco, cento novanta* « *punture nella regione sacra*. Quis credat has tam parvo « tempore curas impendi potuisse? »

6. Doctor autem Guirard, ut iam a sanata sorore audivimus, sex menses eam adiit; hocque temporis spatio commode potuit morbum agnoscere, ac revera agnovit. Illa enim refert: « Secondo il Dottor Guirard, il germe di questa « malattia io l'ho succhiato col latte di mia madre » (*Summ. pag. 6* § *9*). Igitur ille morbum pernoverat, atque eius originem. Ecquod tamen coram iudicibus praebuit testimonium?

7. Equidem Patronus ait, medicum Guirard satis amplum explicatumque testimonium praebuisse. At in contrariam sententiam facile ibis, si ea ipsa summarii loca legas, quae Patronus appellat. « Suor Luigia Agnese, inquit, mi « è sembrato che avesse un temperamento linfatico » (*Summ. pag. 44* § *197*). De Doctore Lisnard ait « Ignoro « quale sia stata la diagnosi da lui stabilita » (*Ibid.*). Imo

generatim testatur: « Non ho potuto sapere, che pensas- « sero i medici sulla probabilità della guarigione, per la « ragione che non li ho veduti » (*Summ. pag. 45* § *200*). De se autem: « Mi è venuta l'idea, inquit, in seguito agli « insuccessi delle medicazioni già impiegate, che la ma- « lattia era incurabile. Da quel che vagamente ricordo, « credo che il mio parere a quell'epoea fosse, che non « v'era da aspettarsi alcun sollievo per la malata, che io « considerava come perduta » (*Ibid.* § *202*). Profecto haec non perspicua atque enucleata, sed ambigua, obscura, indefinita esse videntur.

8. Neque inficiari potest Patronus, doctorem Lisnard sibi ipsum contradixisse, quum alia scripserit, alia autem testatus fuerit. Praetexit Patronus, iuratum testimonium, iis quae antea scripta fuerant, potius esse habendum, atque ait « Miraculis forte non credebat, atque ea causa fuit, « cur sibi contradicere visus sit ». Sed nemo praesumitur malus, nisi probetur. Quidquid autem de hoc sit, contradictionem extare nullo pacto negari potest. Ex his perspicuum fit, praecipuas prodigii probationes in incerto atque in ambiguo esse.

9. De morbi natura, perito ex offlcio derelinquendum est iudicium, quod AA. PP. unanimi expostulant. Attamen unicuique patet, non pauca in eo morbo pugnantia deprehendi. Ut aliquid de hoc tangam, alter ex PP. AA. haec habet: Non apte cohaerere invicem videntur istae affirmationes: ex una parte scilicet: « Durante il forte della « malattia erano la gamba destra ed il braccio destro, « che mi facevano maggiormente soffrire: e nella seconda « parte erano la gamba sinistra e il braccio sinistro, che « erano i più affetti » (*Summ. pag. 16* § *52*). Sed ex altera parte: « In aegrota paralysis membrorum et ane- « stesia constanter perstiterunt et perdurarunt » (*Resp. pag. 24, 25*). Si anastesia, qui simul cruciatus?

10. Alias autem P. A. scribit « haud levem contradictionem « reperio, ad aliud mielitis symptoma quod attinet. Nam « sanata testatur » (*Ibid. pag. 13* § *44*): « *Le orine erano* « *rarissime........ ordinariamente torbide e di color* « *mattone e cariche* ». Et idipsum refert Antistita (*Ibid. pag. 98*). Valetudinaria autem (*Ibid. pag. 36* § *147*):

« *Nel tempo, in cui io ne ho avuto cura, le sue orine* « *non erano in alcun modo cariche: si era anche stu-* « *piti di vederle così chiare* ».

11. Haec repugnantia sunt. Nec medici, qui adfuerunt aegrotae, ad has tenebras dissipandas, satis afferunt lucis. Qui contra nec certi fuisse videntur, quonam mulier morbo conflictabatur. Non enim est vero consentaneum quod Patronus et peritus, qui scripsit ad opportunitatem, asserunt, medicus iudicavisse unanimes, eum morbum mielitem fuisse. Nam doctor Jourdan, qui non est in ius appellatus, in paucis illis, quas scripsit, lineis, de hoc nihil habet. Doctor autem Lisnard, si in litteris ad rev. Giraud datis scripsit « che Suor Luigia Agnese...... ha presentato « tutti i sintomi d'una mielite cronica » (*Summ. pag. 42* § *187*); at in testimonio iurato dixit, curavisse se sororem Aloisiam Agnetem « colpita da atassia locomotrice » (*Summ. pag. 42* § *188*): qui morbus longe a mielite differt: hanc autem prorsus excludit his verbis: « Io credo « di poter conchiudere, che non esisteva in lei la lesione « materiale del midollo spinale e dei centri nervosi » (*Ibid. pag. 43* § *188*).

12. Tandem doctor Guirard testatus est: « Ho constatato la « paralisi e l' anestesia delle membra superiori ed infe- « riori, e ne ho tratto il diagnostico d' un' affezione nel « midollo spinale, senza poter specificarne la natura » (*Summ. pag. 45* § *201*). Talia symptomata pluribus morbis, qui spinam afficiant, communia sunt; propterea affirmari nequit doctorem Guirard his symptomatibus mielitem designavisse. Si enim, ut arbitratur Patronus, ex symptomatibus mielites potest argui, oportet tamen, ut haec symptomata quamvis dubitationem plane excludant. Non igitur unanime, sed diversum fuit medicorum iudicium.

13. At unum quidem est, in quo medici conveniant, quod de meningite prorsus taceant omnes. Vindex causae arbitratur, medicos latuisse, quia sensim et pedetentim incepit atque aucta est. Saltem vero quum est aucta, se ipsam debuit medicis patefacere. Incrementum sensus tactus, de quo loquuntur testes, perito extraiudiciali et Patrono suasit, una cum mielite, et meningitem adfuisse. At de hac tactus irritatione medici non loquuntur: imo

doctor Guirard, non *hyerestesiam*, sed *anestesiam*, in aegrota deprehendit. Quid vero quod morbus initio acutus fuit, ut ex ipsa sanata sorore docemur? (*Summ. pag. 11* § *35*).

14. Verum de mielite ipsa dubitant AA. PP. « Et sane, ita « alter eorum, religiosissimus medicus Guirard, qui ae- « grotae praesto fuit, a mense novembris anni 1888, ad « mensem martii anni 1889, non solum scripto affirmavit, « *che le braccia dell'inferma e le gambe avevano perduto* « *il movimento e la sensibilità,* verum suo iuramento in pro- « cessu deposuit: *Quando io punzecchiava la mano, essa* « *non provava alcuna sensazione: e quando io le diceva* « *di stendere le braccia e le gambe, essa non poteva farlo.* « Erat igitur, iuxta illum, in aegrota perfecta paralysis « sensus et motus. Ast quomodo evenit, quod ipsa aegrota, « etsi auxilio sororis, vel baculi, usque ad mensem augusti « eiusmodi anni deambulare potuit, si mense martii per- « fecta erat paralysis sensus et motus? Insuper in mie- « lite atrophia in medulla spinali procedit semper: si igitur « ita erat in martio, eo vel magis in mense augusti. « Accedit quod in nostra infirma, iuxta testium deposi- « tiones, mielites dici debet transversa, cum non solum « artus, sed et sfinteres occupabat paralysis: ast in mie- « lite transversa oscillatio inter motum et eius privatio- « nem admitti nequit. Quaeso igitur quare recurrendum « sit ad mielitem, cum sororis infirmitas explicari poterit « simplici meningite spinali chronica? Et revera sym- « ptomata, quae a meningite spinali emanant, paralysim « minime excludunt, quae stare etiam potest cum hye- « restesia: quae paralysis a meningite orta *è anche qua-* « *lificata*, ait Iaccoud, *da frequenti oscillazioni, da un* « *giorno all'altro aumenta o diminuisce, secondo la flut-* « *tuazione del versamento rachidiano* ». Quae omnia apprime verificata sunt in nostra infirma.

15. Quapropter, ut alter P. A. scribit « quum meningites spi- « nalis, docentibus praestantioribus in re medica docto- « ribus, *può arrestarsi e guarire,* si tantum de meningite « spinali, nempe a mielite seiuncta, res fuit, ut facile « quisque videt, sive morbi natura, sive sanationis modus, « aptum miraculi subiectum designare non valent ».

16. Alius A. P. censet, scite doctorem Guirard egisse, quod « non iudicavit morbum mielitem esse, sed, quadam quasi « coniectura, *un'affezione al midollo, senza poterne spe-* « *cificare la natura.* Nec mirum: nam, iuxta Crisolle, « cuius auctoritatem vel ipse peritus magnificat, in mie- « lite *havvi comunemente un apparato febbrile assai in-* « *tenso, ed accompagnato da sete, disappetenza* (Vol. I, « pag. 250); cum e contra infirma testetur: *Non mi* « *sovviene di aver avuto forti febbri, salvo otto giorni* « *prima della mia guarigione.... Mi sembra che questo* « *incidente di febbri sia stato attribuito ad un accesso* « *d'influenza* ». (Summ. pag. 11 § 33).

17. Est etiam inter AA. PP. qui potius de pachi-meningite quam de mielite actum in sorore Aloisia putet fuisse. Ait enim: « Quamvis plura phenomena mieliti convenientia « infirma habuerit, illa non erant ita characteristica, ut « alium morbum penitus excludant; imo aliqua videntur « deficere, quae mielitem certe constituunt. Ita deest ri- « giditas cervicis: ideo eiusdem morbus non erat mie- « lites, sed pachimeningites. Nam, iuxta Eichhorst (*Patho-* « *logia et Therapia, edit. V, tom. III, pag. 322*) haec ri- « giditas cervicis est nota specialis ad distinguendum « utrumque morbum: haec rigiditas in mielite semper « adest, in pachi-meningite vero omnino deest.

18. Verum huc magis AA. PP. inclinant, in sorore Aloisia Agnete rem fuisse de hysterico morbo, qui, iuxta salutaris artis peritos, tum extrinsecas, tum intrinsecas affectiones spinales simulare potest. Quamquam enim iis, quae a me de histerica mulieris indole opponebantur, satis acute Vindex causae responderit, non tamen ducunt PP. AA. dubia quaevis esse discussa. Namque doctor Lisnard, qui medicus a curatione potissimus fuit, testatus est: « Suor Luigia Agnese è d'un temperamento nervoso es- « senzialmente ed impressionabile. Anche di recente le « ho prestato le mie cure, per una nevralgia faciale vio- « lenta e tenace » (*Summ. pag. 42 § 188*). Tali indole praedicta, audierat ipsa: « che, secondo i medici, il mi- « dollo spinale doveva alterarsi a poco a poco, fino a « farmi perdere la ragione, ed il mio corpo stesso doveva « esser ridotto allo stato di scheletro e che la morte

« stessa sarebbe stata in tal caso desiderabile, cotanto « grandi erano le sofferenze » (*Summ. pag. 12* § *35*). Talibus quantum putas miserrimae mulierculae sensus phantasiamque irritari debuisse?

19. Ipsius sanationis narratio, quam a sorore Aloisia habemus, in suspicionem inducit eius, quam nunc *autosuggestionem* appellant. Cum enim in manibus haberet historiam Beati Chanel « svolsi la pagina, ait, al capitolo in cui sono ri- « ferite alcune guarigioni ottenute per la intercessione del « Beato. Questa lettura *m' impressionò molto.* Mio mal- « grado mi posi a piangere. Nello stesso tempo mi sentii « un gran desiderio di essere guarita, e piena di fiducia « chiesi questa grazia al Padre Chanel...... La vista « di quella imagine ed il racconto (martyrii eius) *m'im-* « *pressionarono molto* » (Summ. pag. 46 § 1). Inde interior impulsus, atque exaudita intima vox: « Alzati e « cammina » (*Summ. pag. 54* § *1*).

20. Quumque e lectulo desiluisset, « mi gettai, inquit, sopra « una sedia a bracciuoli, e singhiozzai, baciando ora l'una, « or l'altra, un' immagine del Beato, ed una Croce, che « mia madre mi aveva inviata alcuni giorni prima.... « Un violento contrasto ebbe luogo nel mio interno: la « mia guarigione era vera? non era forse un'illusione? » (*Ibid.*). Tales animis sensus nonne apertissime produnt hystericam mulieris indolem? Satis igitur prudenter egisse videtur doctor Lisnard, quod, cum ab eo Antistita petiisset: « Via su, Dottore, non mi vuol rilasciare un at- « testato? Egli fece un gesto negativo, mi parlò di effetti « fisiologici » (*Summ. pag. 97*).

21. Quibus rite perpensis alter ex PP. AA. concludit « morbum « sororis Aloisiae concussionem fuisse ex casu, et luxa- « turam spinae: a qua mirabiliter quidem, sed naturaliter « fuit liberata. Nam nevropathica cum esset, fides fortiter « concepta fervidam phantasiam fortiter excitavit, et haec « fortiter excitata vicissim excitavit nervos, eosque erexit, « in eorum restituit situm ».

22. Tandem dubitant AA. PP. utrum sanatio repentina revera fuerit. Etenim medicus Lisnard, in litteris die 10 Novembris 1890 ad patrem Nicolet datis loquitur de « *guari-* « *gione venuta lentamente* » (*Summ. pag. 72* § *1*). Atque

in iurato testimonio ita rem narrat: « Lungo tempo dopo « lo sviluppo della sua malattia, nondimeno un migliora- « mento si è prodotto; e dopo alcune alternative di ag- « gravamento, è stata ottenuta la guarigione: dal che io « credo di poter conchiudere, che non esisteva in lei la « lesione materiale del midollo spinale e dei centri ner- « vosi » (*Summ. pag. 43* § *188*). Hoc igitur periti ex officio munus erit, ut ostendat, extitisse reapse in sorore Aloisia Agnete materialem spinalis medullae laesionem, idque ex testimoniis, si fieri poterit, certo inferat, quamvis medicus a curatione contrariam sententiam sequutus sit.

Miraculum Secundum

Instantaneae perfectaeque sanationis **FRANCISCI VION DURY** *a caecitate ob avulsionem ambarum retinarum.*

23. Si quoad primum miraculum arbitrantur PP. AA. testimonia medicorum gravem efficere difficultatem; gravissimam difficultatem in altero miraculo inde exoriri putant, quod testimonia medicorum plane deficiant. Quamvis septem medici morbum Francisci Vion Dury, ut Patronus ait, « *diligenter examinaverunt*, attamen ex his ne unus quidem in iudicium est appellatus. Hac de causa, ut docet quidem P. A. « testium fides in discrimen adducitur, quod « eorum nemo, medicarum rerum peritus, cum agatur in « casu de iudicanda insanabilis veritate caecitatis, iudex « esse possit ». Subdit causae Patronus medicos a curatione duos tantummodo fuisse, doctores scilicet Dor et Dufour. Quid vero si nec hi quidem auditi sunt? Quod si Dor coram iudice se sistere recusavit, ecquid impedimento fuit, quominus Dufour audiretur a iudice? Lon-

giquitas loci, Patronus inquit, quem ille incolit. Ast quid tandem vetuit, ut iudicialiter ille audiretur, separatum processiculum confici, prout in altero miraculo factum est, ad interrogandum doctorem Guirard?

24. Contendit praeclarus causae Vindex, quod frustra in ius vocati essent tres alii medici, Rech, Denois et Camuset, qui de morbi progressu ac posteriore statu nihil testari potuissent. At referre poterant de origine morbi atque natura, quaeque eius conditio esset, quum infirmus eos adivit; utrum iudicaverint depelli eum posse vi medicamentorum, vel non. De medico autem Verret Patronus dicit, non eum in iudicium vocatum, eo quod, vices doctoris Dor gerens, semel vidit aegrotum. Ipse tamen dixit: « *Nulla vi è da fare: è una casa bruciata: converrebbe ricostruirla* » (Summ. pag. 126 § 172). Igitur morbum adeo cognovit, ut de illo iudicium ferre posset. Insuper ut gerebat doctoris Dor vices, qui deseruit vadimonium, poterat eius absentiam supplere, testarique quaenam fuerat opinio illius de natura morbi atque eius exitu.

25. Hoc unum dari Patrono potest, omitti potuisse duos illos medicos, qui rei eventum mirabilem dixerunt, duos scilicet Guillermet, hospitii *Confort* medicos. Si enim, ut testes inquiunt « non gli avevano somministrato le loro cure » (*Proc. fol. 101 terg.*). « Il medico della casa non lo ve- « deva, che come amico e non lo curava » (*Ibid. fol. 195*). Quum igitur eum curae non habuerint, nescio quo pacto sanationem eius mirabilem appellare potuerint. Ex hac igitur medicorum a iudicio absentia constitui posse videtur, eos ideo in ius non esse vocatos quod miraculo non favebant.

26. Scriptae testificationes doctorum Dufour et Dor, etsi in testimonio iurato sanati inclusae sunt, tamen adminiculi tantum habent valorem. Quamquam non video, ecquid prodesse queat, ad aegrotum insanabilem iudicandum, testificatio doctoris Dufour, in qua remedia iubeantur, addaturque: « Sarei molto interessato d'altronde di rivedere « questo povero giovinotto, e di essergli utile, se fosse « possibile ». Nonne igitur caeci sanationem Dufour sperabat?

27. Dor autem, ut animadvertit alter P. A., « duas fecit testifi-

« cationes, quarum alteram tantummodo, cum die 16 Se- « ptembris 1884, relata reperimus, quamque, iuxta iudi- « cialem depositionem, absque examine, atque inscio ae- « groto, doctor peregit, eo tantum consilio, ut annua « pensio caeco iam constituta augeretur. Primam vero, in « qua doctor, iuxta causae Patronum, Francisci caecita- « tem testimonio confirmabat, cum plenissima ophtalmicae « scientiae cognitione, apud auctoritatem militarem re- « mansisse perhibetur, ideoque nemini eam videre licet. « Qua in re quisnam pro certo asserere possit, utrum haec « secunda testificatio omnia potissimum confirmet, quae « in prima habentur? Praetera, ex eo quod postrema irritae « omnino evasit (militaris enim auctoritas constitutam pen- « sionem augere noluit), nec etiam primae attestationi « magnam iubemur tribuere vim ».

28. De testificatione autem anni 1884 advertit alius A. P., quum hac de causa eo a doctore Dor fuisset exarata « nempe ut Dury reciperetur in aliquo opificio; dicendum « est; illum debuisse potius pro rei opportunitate sanatio- « nem augere, quam minuere ». Quod quidem eo magis di- cendum videtur, quia, si Dor in ea testificatione anni 1884 incurabilem censuit morbum Francisci; idem post novem annos, anno videlicet 1893, morbum sanabilem putavit, imo sponte sua quoque posse sanari et revera fuisse sanatum. Quod si primum scriptum aliquid habet momenti, cur non alterum?

29. Sed Patronus negat, medicum Dor miraculis credere, atque, ut habemus ab altero A. P., subiungit: « Ipse medicus « ophtalmicus lugdunensis Dor, qui miraculis se non cre- « dere fassus est, cum tamen caecum sanatum viderit, « suis alumnis, qui ei examini aderant, dixit: *Vi sono al-* « *cune cose meravigliose in questa guarigione.* Ergo saltem « indirecte miraculum agnovit — Sed consequens prae- « missis latius est. Omne micaculum est mirum, at non « e contra ».

30. Quomodo vero Patronus coniicere potest, doctorem Dor nullam habere miraculis fidem, opusculumque suum eo consilio scripsisse, ut miracula oppugnaret? Quod ei esset perspicue probandum. Contra vero apparet ex scripto doctoris Dor, sanationem Francisci Vion-Dury ei prae-

buisse occasionem, ut rem diligentius consideraret: atque ex acto studio in sententiam venisse, morbum non fuisse insanabilem, et propterea sanationem non esse prodigio adscribendam. Propterea in iudicio se sistere recusavit, ne asserere cogeretur, id miraculum non fuisse. Ac revera rev. Monfat, colloquium referens cum doctore Dor habitum, ait: « Egli aggiunse, che non credeva ai mira- « coli (*ovvero al miracolo*) » (Summ. pag. 202). Quibus verbis ipse Monfat fateri videtur, non recusasse quidem doctorem Dor sacrum tribunal adire, quod non credat miracula fieri posse, sed quod non credat, Franciscum fuisse miraculo sanatum. Ergo hinc quoque confirmari videtur, medicos non esse auditos, quia miraculo non favebant.

31. Quod spectat ad aegrotationem Francisci Vion-Dury, negant AA. PP. de absoluta eius caecitate constare « Siquidem, « ut ab altero habemus, si fides ipsi sanato et inductis « testibus habetur, omnimoda fuisset eius caecitas. Non « item vero si testimonium authenticum medicorum mi- « litiae prae oculis habeatur, quod ad reformationem « nostri militis causam dedit: nam in eo de Francisco « Vion-Dury tantum asseritur notabilis visus diminutio, « ex avulsis duabus retinis oculorum » (*Summ. pag. 196*). « Non item, si decisio spectetur publici administri ad res « bellicas gerendas, qua primum subsidium annuum libel- « larum 180 assignatur, quaeque citato priori testimonio « omnino concordat » (*Ibid. pag. 197*).

32. Quicumque vero fuerit caecitatis Francisci gradus et intentio, constat eam ex retinarum avulsione ortam esse: avulsioni autem causam praebuisse nimiam choroidae secretionem, cogitur concedere causae Vindex: id enim ipsa suadet curationis ratio, qua medici nitebantur, ut effusus ille liquor resorberetur. Cogitur idem concedere, importuno liquore arescente, posse in pristinam sedem avulsas retinas revertere, oculosque perfecte sanari. Frustra vero contendit, nequivisse id in Francisco Vion-Dury evenire, quia serius retinae iterum choroidae adhaeserunt. Nam planum feci, omnino errasse peritum, qui ad opportunitatem scripsit, in statuendo tempore, quo id acciderit. Igitur nec efficitur a Patrono, nimis sero retinas cum subiecta choroida cohaesisse, nec earum disiunctionem

tales secum tulisse laesiones, quibus fieri omnino nequiret, ut videndi potestas caeco restitueretur.

33. Dicitur enim, ut alter ex PP. AA. scribit « non in hoc re-« tinarum reditu ad pristinam suam sedem, sed in lae-« sionibus, quae etiam postea superfuerunt, miraculum « esse quaerendum. Audio, et quidem non obsisterem, si « plane constaret praefatas laesiones eiusmodi esse, quae « neque naturae viribus, neque remediorum ope evane-« scere possent: at, deficientibus in actis legitimis medi-« corum testimoniis, tutum de re iudicium ferri non potest.

34. Multa igitur in hac Francisci Vion Dury sanatione in ambiguo et in incerto manent, ut queritur alter P. A. his verbis: « Haud satis aperte ac firmiter ex peritorum sen-« tentiis, vel e ceteris testimoniis et actis deprehendere « datur, quamdiu lapsus iste retinarum perduraverit; num, « eo sublato, videndi adhuc facultas nulla prorsus exti-« terit, num ante mirae sanationis eventum aliquatenus « saltem ad visum recipiendum infirmus profecerit, anne « praesertim postuma luxonensis medici sanatio per stri-« cninae iniectiones, ab altero domestico medico Guil-« lermet caeco iuveni adhibita atque producta, paullulum « saltem ipsi profuerit. Haec siquidem omnia quibusdam « incertitudinis umbris involvi videntur.

35. Augentur hae dubitationes animi, si eum convertamus ad inquirendum, utrum adepta a Francisco sanatio perfecta et subitanea fuerit. Etenim per quosdam dies mansit in oculo sinistro nebula quaedam, de qua haec alter P. A., « Ista videndi difficultas, quae in oculo sanati sinistro « perstitit, donec absolverentur novendiales preces, pro « ipsius sanatione dumtaxat institutae, cuius indolis pro-« prie erat? Peculiaris eiusdem sanatio an non peculiare « novumque miraculum constituit? Atque peculiare hoc « novumque miraculum peculiarem morbum nonne sup-« ponit et indicat? Ac tandem, utcumque rem interpre-« tentur, quomodo talis videndi difficultas, ut pro ea « quoque alterae novendiales celebrentur, prioris sana-« tionis perfectioni non graviter detrahit? »

36. Huiusmodi nebulam, qua per aliquot tempus sinistra sanati acies offusa est, declaratur a perito extraiudiciali fuisse « l'effetto del risorgimento dei tessuti a vita novella, il

« segnale della venuta e messa in scena di questi tessuti, « la conseguenza della ripresa funzionalità loro, la rea- « zione del nervo ottico all' azione dei corpi luminosi » Quae quidem parum videntur esse consentanea veritati: namque ex causis huiusmodi quaedam aversio lucis potuit quidem oriri, at non caligo illa, de qua loquutus est Franciscus. Cui, si illico visus redditus est, at non est absolute redditus: nam, ut in superioribus animadversionibus docui, hic restitutus visus functionaliter atque organice imperfectus censendus est.

37. Etenim doctor Dor in pag. 6 opusculi sui scribit: « Malgré « cela, la vision ne revint que très imparfaitement ». Quidam ex testibus ait « L'occhio sinistro è tuttora rimasto « assai più debole dell'altro: me ne sono avveduto io « stesso, avendo veduto le esperienze del Dottor Dor » (*Proc. fol. 150 terg.*) « Scambiava col sinistro nella prova « un colore coll'altro » (*Ibid. fol. 151*). Alius testis dixit: « deve essere stata (sanatio) instantanea, ma non totale: « ci vedeva più da un occhio che dall'altro ». Doctor Dor, in testificatione tribus post sanationem annis exarata aiebat: « Ha ricuperato la vista d'una maniera quasi com- « pleta nell'occhio destro. La visione di quest'occhio è nor- « male di prospetto, e non rimane che una leggiera limi- « tazione perisferica del campo visuale. La vista dell'occhio « sinistro è molto meno buona .... Egli avrà forse « delle difficoltà, a camminare da solo nell'oscurità della « notte » (*Summ. pag. 200, 201 § 17*).

38. Quid quod periti, ut alter addit ex PP. AA., « Passerat et « Dupré (*Summ. pag. 181, 182*) timorem haud prorsus « excludunt recidivae caecitatis; sed tantum inspecto statu « oculorum sanati, ex unius anni decursu, comperuerunt « *un progresso di miglioramento?* Quod rursus indicio « esse videtur, sanationem haud integram omnino fuisse « ab initio, seu, quod in idem recidit, in instanti restitutam « fuisse uni oculorum visionem, deinde etiam alteri, non « vero utrique simul non certe huius visionis firmitatem ».

39. Haec cum ita sint, quo iudicari queat, utrum talis sanatio miraculo effecta sit, necessarium arbitror, ut peritus ex officio electus constituat: utrum retinarum avulsio, quae in oculis Vion Dury evenit, necessario eas laesiones afferre

debuit, quibus, etiam retinis iterum applicitis, fieri viribus naturalibus plane nequiverit, ut visus rediret: quae saltem probabilis causae fuerit temporaneae eius caliginis, qua, visu recuperato, sinister oculus offusus est: si tandem haec caligo oculi sinistri, quae paullatim evanuit, in dextero autem oculo limitatio perisphaerica campi visualis cum prodigiosa sanatione componi queant.

40. Postquam vero hae quaestiones omnes secunde solutae erunt, de prodigio quidem constabit: prodigium vero cuius tandem precibus erit tribuendum? Etenim « Testes fere « omnes, ait ex PP. AA. alter, vel nihil de Chanel, vel « tantum de eo insimul et de B. Perboyre loquuntur. Nam « certo constat, moniales, puellas, vel quotquot in hospitio « morabantur, preces per triduum instituisse in honorem « utriusque Caelitis. Esto autem quod sanatus orationem « speciali modo ad B. Chanel comprovincialem suum di« rexerit. Esto insuper, ut ipse perhibet, quod utrumque « Caelitem invocare coeperit, sed denique unum B. Chanel « invocando institerit, quod tamen unice testimonio sa« nati eruitur. Ast quo iure non video possint actores « affirmare, exauditas esse preces magis sanati, qui unum « B. Chanel tandem exorasse fatetur, quam monialium et « puellarum, quae ad utrumque Caelitem eas fuderunt. « Profecto ipsae sorores, cum gratias Deo agerent, pro « sanatione impetrata, ad utrumque item fusas addidere: « et quamvis sanatus edixerit: *Pregate, pregate il Beato « Chanel: è lui che mi ha fatto la grazia;* iuridice pro« bari nequit, hanc opinandi rationem sensui piarum so« rorum puellarumque praeferri oportere ».

41. Sed testes, cum arbitrentur non potuisse Franciscum sine prodigio hanc sanationem adipisci, eam potissimum Virgini SS. acceptam referunt. Antistita hospitii *Confort*, in quo Franciscus sanatus est, postquam loquuta est de invocatione B. Chanel. « Secondo me, inquit, si deve sopra« tutto alla Vergine SS. il miracolo » (*Proc. fol. 101 terg.*): ac non ita multo post: « Abbiamo veduto suo fratello, « suo zio: sono tutti persuasi, che è un miracolo: credo « che l' attribuiscono al pari di me alla SS. Vergine » et ita claudit testimonium suum: « Agli occhi miei è un « grande miracolo, dovuto alla potenza della SS. Vergine,

« ad intercessione del B. Chanel » (*Ibid.*). Testis V: « Quanto « alla SS. Vergine, inquit, l'ha invocata spesso: che avendo « fiducia nell'uno e nell'altra, il B. Chanel ha ottenuto il « miracolo, che è stato operato coll'acqua di Lourdes » (*Proc. fol. 124*) ergo a B. Virgine. Testis IV est adeo certa, prodigium Mariae SS. adscribendum esse, ut dicat: « Io stessa gli dissi, che la SS. Vergine, la quale aveva « cominciata la sua guarigione, avrebbe ben compiuta « l'opera sua » (*Proc. fol. 137*). Testis IX, qui est sanati patruus, idemque sacerdos et parochus, dicit: « Credo « che non abbia invocato alcun altro, che la SS. Vergine « ed il B. Chanel. Credo che la SS. Vergine abbia ope- « rato questo miracolo, che essa ne sia l'agente princi- « pale: ma che il B. Chanel abbia interceduto presso di « Lei » (*Proc. fol. 152*). Ipse sanatus ita testatus est: « Ho rivolto tutte le mie preghiere alla SS. Vergine ed « al B. Chanel. (*Proc. fol. 167*). Et aliquanto inferius: « Sono talmente certo, che la mia guarigione è un mi- « racolo, che debbo alla SS. Vergine ed alla intercessione « del B. Chanel, che ecc. » (*Proc. fol. 169*). In scripta relatione autem narrat, vix miraculo recepto, exclamavisse: « Vergine Maria, mia buona madre, quanto siete buona! » (*Proc. fol. 128 terg.*): adeo compertum erat ei, miraculum a Virgine SS. se accepisse. Eadem tandem vulgo hominum opinio fuit: quae vel inde facile colligitur, quod doctor Boissarie, qui est praecipuus sanctuarii Lourdes medicus, a doctore Dor petiit effectae sanationis testificationem, quam in lourdenses annales referret.

42. Ex his apertissime conficitur, si id miraculum fuit, illo voluisse Deum, non B. Chanel, sed Virginem SS. matrem suam extollere. Ea enim potissimum est invocata: nec miraculum accidit, adhibitis B. Chanel reliquiis, sed admota aqua Virginis a Lourdes. Quod si dicas, fuisse ambos ab aegroto invocatos; iura nostra ad huiusmodi casum ita statuunt: « Si invocatio, scribit Benedictus XIV, sit.... « plurium Beatorum, aut plurium Sanctorum, et tunc, si « miraculum sequatur, incertum est, cuius impetrationi et « intercessioni sit adscribendum........ *Nec illud pro « beatificatione prodesse potest* » (lib. IV pars I cap. V num. 7). Ergo hoc miraculum, si miraculum sit, canonizationi B. Chanel nequit prodesse.

43. Quod alia quoque via evidenter efficitur. Scribit enim idem Benedictus XIV « Quando plures sancti invocantur, sed « circumstantiae non desunt, ob quas uni et non alteri « miraculum videatur adscribendum, tunc huic et non aliis « miraculum debet adscribi » (*Ibid. num. 12*). At in casu nostro evenit miraculum per aquam B. Virginis a Lourdes: ergo ipsi B. Virgini est tribuendum.

44. Tandem habemus ab eodem Benedicto XIV, quod, quum « invocatio fit unius sancti canonizati, et Servi Dei adhuc « non canonizati, in eo rerum eventu, miraculum interces- « sioni canonizati est adscribendum » (*Ibid. num. 7*). Ergo miraculum, de quo agimus, si est revera miraculum, non B. Chanel, sed Virgini SS. adscribendum esse videtur.

45. Eadem haec de invocatione disceptatio locum invenit, in causa Beati Ioannis de Avila, ad cuius beatificationem obtinendam duo miracula a postulatoribus proponebantur. Contra alterum, quod erat « praeservationis ab inevitabili « obitu Ioannis de Prado, putei maceriis obruti » decessores mei Petrus Minetti ac Laurentius Salvati opponebant, tum a Ioanne, tum ab adstantibus eius parentibus, non unum Ven. Ioannem de Avila invocatum fuisse, at, simul cum eo, etiam SS. Virginem, B. Antonium a Padua, aliosque Dei Sanctos. Postquam vero de his prodigiis apud S. R. C. bis disceptatum fuit, postulatoribus visum est, se prudentiori consilio acturos, si, hoc altero miraculo abiecto, aliud in eius locum suffecissent. Potestatem igitur id agendi in altera congregatione praeparatoria petentes causam consilii his verbis expromebant: « Quorum (mi- « raculorum) alterum, nempe praeservationis ab obitu « Ioannis de Prado putei maceriis obruti, Sacri Ordinis « iudicio, inextricabiles difficultates praesefert » Quumque petitam veniam consequuti essent, hac via causam illam ad felicem exitum perduxerunt. Sed haec dicta sint sub censura, salvo etc.

12 Octobris 1901

Io: Baptista Lugari
S. C. Adv. S. Fidei Promotor.

OCEANIAE
CANONIZATIONIS
BEATI
PETRI ALOISII MARIAE CHANEL
Sacerdotis e Societatis Mariae

OCEANIAE PROTO-MARTYRIS

RESPONSIO
AD
NOVAS ANIMADVERSIONES
R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, post indultam eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur?

Beatissime Pater

1. Felici equidem auspicio responsionem ad novas Fidei Promotoris animadversiones aggredimur, etenim Periti electi ex officio, favorabile emiserunt Votum easque de quibus heic agitur sanationes, vera esse miracula declarare iurantes non dubi-

tarunt. Summa igitur fiducia erecti confidimus fore ut argumenta a clarissimis iis Medicis allata suadeant tandem Patres Amplissimos ac quaelibet exinde difficultatis nubecula evanescat quoad miracula, quae Vobis diiudicanda proponuntur.

MIRACULUM I

Instantaneae perfectaeque sanationis **Sororis Aloisiae Agnetis** *ex Instituto S. Marthae, a meningomielitide.*

Animadv. §§ 2, 3.

2. Asserit in primis Censor Egregius tres fuisse Medicos qui ad infirmae curationem intenderunt. At vero clarissime prodit ex Actis tres quidem salutaris artis Doctores aegrotam *visitatum* adiisse, nihilominus ex iis *duos* tantum fuisse Medicos qui proprie dicuntur *a curatione.* Scilicet primus, *Doctor Lisnard,* cui Communitatis illius curatio concredita erat, qui veluti sanata ipsa affirmavit: « *disperando della mia guarigione, ha cessato di* « *visitarmi, dopo di avermi fatto più di duecento* « *cinquanta visite* » (1). Tunc ad infirmam accessit Doctor *Guirard,* qui eam suis praescriptionibus sex per menses diligenter subiecit. Isti *duo Medici* auditi in Processu fuerunt. Doctor autem *Iourdan* (quem Fidei Promotor tertium a curatione Medicum fuisse opinatur) adiit tantummodo ad *vi-*

---

(1) *Summ. pag. 11 § 34.*

sitandam aegrotam, missus a Medico Communitatis, qui per *brevissimum temporis spatium* abfuit, siquidem laudatus ispe Iourdan in scriptis declaravit: « Non è stato se non durante *un breve periodo di* « *tempo* che ho prestato le mie cure a Suor Luigia « Agnese; *per conseguenza* non posso darle in« formazioni sulla malattia dalla quale è stata « affetta (1). Non potuit igitur hic induci veluti testis in Processu.

3. Ceterum *gratis* equidem autumat Contradictor Clarissimus de Medico aliquo homoeopathico qui supradictis foret addendus; de isto enim nec verbum invenitur *in Actis*. Solum sanata Soror enarrat: « La mia Superiora avendo avuto cognizione di « un sistema elettro-omeopatico (sistema Sauter) « volle farmelo adottare »; sed ipsamet illico sequitur: « *ben presto* il male si fece sentire *come* « *per lo innanzi*. E le persone che mi attornia« vano furono convinte che *null'altro vi era più* « *da fare* » (2). Prorsus igitur inutile fuisset huiusmodi homoeopathiae Doctorem audire (etsi revera hic ad infirmam vocatus aliquando esset) qui, *brevissimo tempore,* frustra *empyricis* suis experimentis infirmam tentasset. Eccur autem et alii, praeter supradictos utrosque a curatione Medicos, audiendi fuissent in casu nostro?

4. Quamobrem asserit incassum Fidei Clarissimus Vindex, et Doctorem Jourdan ad examen vocandum esse, qui veluti supra annotavimus, scripsit: « *Non* « *è stato se non durante un breve periodo di* « *tempo* (quia breve tempus Medicus a curatione « abfuit) che ho prestato le mie cure a Suor Luisa « Agnese; *per conseguenza* non posso darle *in-* « *formazioni* sulla malattia dalla quale è stata « affetta ». Ipse quoque enimvero qui medica pollebat scientia, optime cognovit infirmitatem So- *Animadv. §§ 4, 5.*

(1) *Proc. fol. 237.*
(2) *Summ. pag. 16 § 53.*

roris Agnetis, etsi haud diuturnum tempus ad eam curandam intenderit. Revera declaravit: « *che la ma-* « *lattia era una mielite e che era incurabile* » (1). Eius igitur opinio perfecte astipulabatur illi Medicorum utrorumque a curatione, ideoque et ipse remediis dicto morbo aptissimis, per id temporis, usus est, scilicet: « *linimenti, unzioni, frizioni, bot-* « *toni di fuoco, cento novanta punture alla regione* « *sacra* » (2). Sed vero remedia haec adhiberi certe poterant etiam ab illo intra breve spatium quindecim dierum: nequit igitur ex iis argumentari (quemadmodum alter e RR. Patribus ait) Medicum supra laudatum diutius curavisse infirmam. Denique ipse idem in scriptis confessus est ad aegrotam Sororem intendisse « *per breve spazio* « *di tempo* » et ideo noluit examen adire in Processu « per non poter dare *informazioni* sulla malattia « dalla quale è stata affetta » (3). Et re sane vera, *aliud* est cognoscere infirmitatem aliquam ex brevi curatione aegrotae praestita, *aliud* autem singulas referre in Processu notitias et diligentem historiam morbi diuturni et variis Interrogatoriis atque Articulis exactam et opportunam responsionem in omnibus praebere. Iamvero hoc tantum Medicus ille praestare poterat qui Aloisiam Agnetem a primo diuturni illius morbi principio curavit, aut poterant praestare Sorores quae continenter infirmae suae Consorori adfuerant: quod revera prodit ex Actis. Demum revocamus in mentem duos a curatione Medicos fuisse in Iudicium vocatos et in Processu auditos; quod satis omnino esse aestimamus.

Animadv. *§§ 6, 7.*

5. Obiicit insuper Censor egregius Doctorem Guirard sex menses infirmam adiisse et sane praenoscens morbi naturam, siquidem declaravit ae-

(1) *Summ. pag. 39 § 169.*
(2) *Ibid. pag. 87.*
(3) *Ibid.*

grotae, eam horrendi illius mali germen contraxisse a nativitate cum lac a sua matre suggeret; tamen ea quae dicit Medicus hic in Processu ambigua sunt et obscura. Quod ut confirmet Fidei Promotor, *quasdam* affert in medium *lacinias* huc illuc e responsionibus laudati Doctoris excerptas. Verum ex integro eius orationis contextu, quaelibet evanescit, obscuritas atque aperte patet veritas. Retulit itaque Clarissimus Medicus: « *La* « *detta Suora era colpita d'affezione del midollo* « *spinale* (**mielite**). La vidi nel 1888 parecchie « volte. La mia sorella mi ha tenuto al corrente « colla sua corrispondenza. Suor Luigia Agnese « mi è sembrato che avesse un temperamento « linfatico. A mia cognizione un Medico del paese, « nomato Lisnard, ha visitato Suor Luigia Agnese. « Ignoro quale sia stata la diagnosi da lui sta- « bilita, tanto più che io, *per delicatezza*, *non l'ho* « *interrogato*. **Ho potuto constatare la stasi del** « **sangue nei membri inferiori e posteriori privi** « **di movimento e di sensibilità.** *Quando io pun-* « *zecchiava la mano*, *essa* **non provava alcuna** « **sensazione**, *e quando io le diceva di stendere* « *il braccio o le gambe*, *essa* **non poteva farlo.** « Le Suore che curavano la malata mi hanno « detto che i Medici avevano impiegato *tutti i* « *rimedi dell' arte*, *anche i più energici*, *senza* « *alcun buon risultato*. Non ho potuto sapere cosa « pensassero i Medici sulla probabilità della gua- « rigione, *per la ragione che io non li hò veduti*. « Le Suore sembravano credere *all' impossibilità* « *della guarigione* ». Et iterum testatur: « **Ho** « **constatato la paralisia e l'anestesia delle membra** « **superiori ed inferiori**, e ne ho tratto il diagno- « stico di una affezione al midollo spinale. Quindi « mi è venuta l' idea, in seguito agli insuccessi « delle medicazioni già impiegate, che la malattia « *era incurabile*. Da quel che vagamente ricordo, « vedo che *il mio parere a quell' epoca*, *fosse* « *che non vi era da aspettarsi alcun sollievo per*

« *la malata,* **che io considerava come perduta.**
« Al momento della mia ultima visita all' inferma,
« io provai un' impressione tale, *che, dinnanzi*
« *all' impotenza dell' arte medica, il mio cuore*
« *s' innalzò* **verso Iddio, dal quale soltanto** *poteva*
« *provenire la guarigione* » (1).

Animadv. § *8.* **6.** Idem prorsus iudicium de natura atque exitu infirmitatis confirmaverat ad amussim Doctor Lisnard qui per diuturnum tempus ad aegrotam accessit; ita ut, veluti iam alibi dictum est, sanata asseruit: « Il Dottor Lisnard, quale Medico della « casa, **disperando della mia guarigione**, ha cessato di visitarmi, *dopo di avermi fatto più di* « *duecento cinquanta visite* » (2). Quod autem vir hic in brevi sua responsione sibimet impudenter contradixerit, Censor ipse clarissimus facile admittit. Hic tamen opinatur fidem potius habendam esse testimonio illius iuramento firmato, in quo Sororis Aloisiae morbum appellavit: « *atassia* « *locomotrice* » quod infirmitatis genus in tanto temporis cursu, nec semel, ipse indicaverat! — Çeterum vere *absurda* haec hypothesis est, nedum quia ipsi *tum* Peritus ad opportunitatem, *tum* ille *ex officio* electus scientissime refragati sunt; sed praesertim si respiciamus ad ea quae *iterum iterumque* Doctor, ille verbis et praecipue *in scriptis*, declaravit. Optime ad hoc Clarissimus ex officio Peritus scripsit: « *Tanta contraddizione non mi* « *sgomenta:* sanno per esperienza gli AA. PP. « con quali riserve vanno oggi accolte nel nostro « Tribunale le deposizioni dei Medici: meno scarse « eccezioni, *materialismo e spirito d' incredulità* « *dominanti, offuscano la serenità ed imparzia-* « *lità dei loro giudizi* » (3).

7. Haud nos heic audemus ostendere causam con-

(1) *Summ. pag. 44-45* §§ *196 a 203.*
(2) *Ibid. pag 11* § *34.*
(3) *Votum Perit. ex officio pag. 3.*

tradictionis eius fuisse opinionem viri irreligiosam et miraculorum veritati contrariam; sed ultro equidem dicimus, admitti certe, ob eamdem contradictionem, non posse miraculi *probationes incertas* manere, veluti Promotor autumat. Enimvero (praetermisso etiam testimonio supradicti Medici Guirard) ipse Medicus a curatione Lisnard ita affirmavit *in scriptis:* « Suor Luigia Agnese « **ha presentato tutti i sintomi di una mielite** « **cronica** » (1). Et in Processu, iuramento prius delato, fassus est: « **Io sono rimasto stupito della** « **sua guarigione**, che non corrispondeva *alla dia-* « *gnosi da me fatta* » scilicet diagnosi *mielitidis chronicae*. Eccur quaeso ipse obstupuit? Quia iam Antistitae manifestaverat: « *Questa ma-* « *lattia* **è sempre incurabile. Non ho mai veduto** « **una guarigione**, *nè tra i malati da me trat-* « *tati, nè tra quelli dei miei colleghi. La Medi-* « *cina non è armata contro questa malattia* » (2). Argumentum autem quod ipse protulit in Inquisitione ad negandum prodigium, absurdum penitus est. Sane ille testatus fuit: « Lungo tempo dopo « la malattia, nondimeno *un miglioramento* si è « prodotto, *e dopo alcune alternative di aggra-* « *vamento,* è stata ottenuta la guarigione; **dal che** « *io credo di poter concludere* che non esisteva in « lei la lesione materiale del midollo spinale » (3). Sed ipse, *ipse idem, iam huiusmodi alternationes peioris et melioris status in infirma praedixerat,* easque *declaraverat proprias morbi illius a se constituti,* quum dixit aperte: « **E' una bizzarria** « **di questa malattia.** *Questo stato* di migliora- « mento relativo *durerà più o meno,* e la Suora « Luisa Agnese **ricadrà fatalmente**; *essa non può*

(1) *Summ. pag. 42 § 187.*
(2) *Ibid. pag. 87 circa med. et alibi.*
(3) *Ibid. pag. 43 in princ.*

31. Benedictus XIV de Medicorum examine sermonem habens, plurium Scriptorum opiniones refert, scilicet: Contelori, Matta, Rosa, Matteucci, qui dicunt: « dummodo causa morbi nota sit, et testes « asserant infirmum tali infirmitate laborasse, ta« libus symptomatibus fuisse vexatum, specifica « remedia fuisse incassum applicata, sanationem « sine crisi naturae contigisse, posse Medicos « tutum iudicium ferre, et ad miraculi approba« tionem posse deveniri; *licet Medicus ipse qui « aegroto adfuit, non fuerit examinatus* ». Idque Benedictus XIV etiam admittit « si caeteri testes « apti et idonei clare qualitates morbi assererent, « ubi morbus ex eis esset qui per se patent, et « etiam a non Medicis et Chirurgis cognosci pos« sunt, ubi medicamina ab eis exprimerentur quae « aegroto fuerunt adhibita, ubi de statu antece« denti desperato et de subita sanatione, una cum « virium recuperatione testificarentur » (1). In casu nostro **ultro amplius** habemus. Adest enim *scripta Medicorum declaratio,* qui diligenti caecum subiecerunt examini et, per *ophtalmoscopium, utriusque retinae avulsionem comprobaverunt;* ipse adest sanatus, qui postea testatus est *de origine atque omnibus suae infirmitatis adiunctis;* adsunt testes idoneae, siquidem Sorores infirmis addictae, quae singillatim enarrarunt *omnes* morbi *vicissitudines remediaque incassum adhibita.* Tota igitur quaestio in eo esset: utrum nempe caecitas Vion Dury *insanabilis revera* fuisset.

32. Sed autem quoad hoc, manet factum praedictae huiusmodi infirmitatis *quae assidue per septem annos cum dimidio duravit,* et Scriptores omnes gravitate ac doctrina clarissimi, qui unanimi sen-

---

(1) *Benedett. XIV Cap. III lib. 7 num. 9.*

tentia declarant *post diuturnum temporis spatium* retinarum avulsionem, ob laesiones quae in parte infirma eveniunt, *sanari omnino non posse.* Quamobrem si Medici ad examen vocati fuissent, nil aliud sane agere ipsi quivissent, quam *ea confirmare facta* iam a testibus et sanato ipso relata *et propriam fateri impotentiam* per septem et amplius annos. Unus Dor qui prius iam dixerat aperte: « *vi sono alcune cose meravigliose in questa* « *guarigione* », post mirabilem, instantaneam, perfectamque Vion Dury sanationem, typis edidit opusculum, in quo hanc dicebat naturalem, quamvis ipse sincere fateretur eamdem *unicum esse casum,* vere comprobatum, sanationis a retinarum avulsione post diuturnum temporis cursum. Ad hoc autem quod attinet, *clarissimus ex officio Peritus et Ophthalmicus laudatissimus* Doctori Dor refragatur eumque gloriose refellit.

33. Causae Postulator pro viribus equidem curavit ut Dor iste iudiciali examini subiiceretur, immo ab ipso *promissionem exegit* eum in Tribunali suo tempore statum iri. Doctor hic fuit *unicus* qui nedum ab initio adfuerat aegroto, sed immo *qui modo authentico confirmaverat* caecitatem illam insanabilem esse, et ipse idem fuerat qui septem elapsis annis cum dimidio, *comprobaverat pariter sanationem eiusque dexteritatem perfectam ad res omnes domesticas, civicas, agrarias.* Satis igitur erat ut ophthalmicus Dor audiretur in examine. Attamen quum Commissio ad instruendum Processum instituta tandem erat, Rev. P. Monfat Sacerdos Marista adiit Doctorem Dor *iuxta suam promissionem* prius Postulatori delatam. At incassum!

34. Rev. hic P. Monfat ita scripsit ad Rev. P. Nicolet causae Postulatorem: « *Io doveva rammen-* « *targli la promessa* che aveva graziosamente a « Lei fatto di recarsi alla chiamata, e che il Pre- « sidente della Commissione non aveva altro da « fare che intimargli e chiedergli un giorno di

« sua comodità..... Fui introdotto. E subitamente, « senza pregarmi di sedere, *mi porse un opu-* « *scolo, dicendomi che tutto quello che egli po-* « *teva dire, era in questo contenuto.* Allora gli « ricordai *la sua promessa* di presentarsi al Tri- « bunale, ed egli mi rispose *di averla fatta prima* « *di pubblicare quello scritto,* il quale doveva ren- « dere ora *la sua comparizione inutile.* Avendogli « io fatto osservare che alla Commissione pia- « cerebbe di ascoltarlo personalmente e udirlo « deporre, *egli rispose* **che non conosceva questa** « **giurisdizione.** Egli aggiunse **che non credeva ai** « **miracoli** (ovvero al miracolo) » (1). Poterat ne, quaeso, aliquid amplius agere Postulator ut in Processu audiretur Dor?

35. Animadvertit Censor clarissimus Rm̃um Patrem Monfat in sua ad Postulatorem epistola scripsisse quod Doctor Dor: « *aggiunse che non credeva* « *ai miracoli (ovvero al miracolo)* ». Postrema sane duo verba, exhibent tantummodo opinionem particularem Rm̃i P. Monfat. Ceterum nullo modo ex iis verbis consequitur, veluti Promotor opinatur, laudatum scilicet P. Monfat *nullam* exinde gessisse *curam* ut Dor se in iudicio sisteret, *quia* miraculo *contrarium* eumdem cognoverat. Argumentatio haec ne percipi quidem potest! Falsum ne igitur est Doctorem Dor invitationem sibi factam recusasse, dicens: « *che non conosceva questa* « *giurisdizione* » suumque a se editum opusculum « *rendeva la sua comparizione inutile?* ». Falsum ne est ipsum dixisse: « *che non credeva ai mi-* « *racoli?* ». Illud postea opusculum publice editum *prodigium negabat,* atque id quod ipsemet ophthalmicus testari quivisset in Inquisitione, scripsit *atque typis impressit;* ita ut ipse dicere posset e suo illo opusculo fieri « *la sua comparizione*

---

(1) *Summ. pag. 201-202 § 18.*

« *inutile* ». Quaenam, quaeso, de istis omnibus culpa tribuenda Rmo Causae huius Postulatori?

36. Ceterum fidens hic R. P. Doctorem Dor in iudicio revera staturum, velut ipse promiserat, iamque instituto Processu, res ardua, sane, diuturna ac dispendiosa fuisset aliud instituere Tribunal *Lausonii* in Helvetia, ad audiendun ophthalmicum Dufour eumque qui eius gerebat vices. Ex alia parte Doctores isti testari *solum* quivissent de *inutilitate remediorum* quae ipsi ad aegrotum applicuerunt quum iste ad eos accedebat: etenim ipsius morbus tam insanabilis erat, ut, quartum, idem Dufour eum in patriam remittere coactus fuerit, itineris expensas persolvens (1). Neque dicat Censor eumdem Dufour haud omnem abiecisse sanationis spem, quia in suo testimonio ait: « Sarei molto « interessato d'altronde di rivedere questo povero « giovinotto *ed essergli utile* **se fosse possibile** ». Quibus verbis aperte ipse significabat *inamen esse quamlibet spem!* Revera in testionmio suo optime judicavit in oculis infirmi Vion Dury aliquas evenisse *laesiones*, asserens in oculo sinistro esse *atrophiam* « di alcune fibre della retina »; in oculo autem dextero esse « *un processo atrofico degli* « *elementi retinici* » (2). Nec refert quod testimonium hoc *authenticum* Doctoris Dufour sit extraiudiciale et *adminiculi* vim habeat. Illud enim documentum est scriptum ab ophtalmico ne dum celebrato, sed *summa conscientia* praedito, et cuius profecto mendacium non intererat. Fuit autem *comprobatum* a dictis ipsius *sanati* in suo *examine iurato* (3). Cur igitur testimonium praedictum veram non constituet probationem?

37. De Medicis militaribus Reech, Denois, et Camuset qui in iudicium vocati non fuerunt, iam dictum de

---

(1) *Summ. pag. 127* § *180.*
(2) *Ibid. pag. 198* § *16.*
(3) *Ibid. pag. 127* § *177.*

iis est ipsos curavisse Vion Dury *in principio* infirmitatis, et nihil referre posse de statu eius posteriori. Opinatur Censor eos testari potuisse de *origine* infirmitatis, de eius *natura*, de *remediis* adhibitis. Iamvero de origine mali, non solum testes deposuerunt, sed retulit clarissime sanatus ipse Vion Dury *in suo testimonio iuramento confirmato* (1); et similiter de remediorum *inutilitate*, una cum testibus, ille dixit: « Tutti questi trattamenti « non avevano prodotto alcun vantaggio alla mia « vista, e non avevano fatto che indebolire la mia « salute. Io era divenuto magro, e quelli che mi « vedevano cominciavano a dire che io non vi « avrei resistito » (2). Quoad morbi *naturam* attinet, adest testimonium ab ipsis Medicis militaribus scriptum: « *Noi sottoscritti,* Medico in capo « delle sale militari dell'Ospedale misto di Di« gione e Medico maggiore di prima classe al 27° « di linea, *certifichiamo* che il Sig. Vion Dury è « affetto *dal distacco delle retine* » (3). Et ille quoque Doctor ophthalmicus Divionis, Camusel, in consilio exquisitus, confirmavit: « *il distacco delle* « *due retine* » (4). Exinde Auctoritas Militaris: « *fece conchiudere per la riforma* » (5).

38. Arcessiti denique in iudicium non fuerunt duo illi Medici Hospitii *Confort* ubi se caecus receperat, quoniam: « *non gli avevano somministrato* « *le loro cure* » (6). Neque dicat Censor eosdem haud potuisse logice sanationem iudicare admirabilem, quia caecum Vion Dury non curaverant; nedum enim ipsi sciebant, sed immo, medica pollentes scientia, optime noverant infirmitatis natu-

(1) *Summ. pag. 123 § 150 et sequent.*
(2) *Ibid. pag. 125 § 163.*
(3) *Ibid. pag. 196 § 12.*
(4) *Ibid. 124 § 155.*
(5) *Ibid. § 156.*
(6) *Proc. fol. 195.*

ram et diuturnum temporis spatium quod exegit, quin unquam in melius res converterentur; ideo, in casu egregie dixerunt: « *che il guarire dal di-* « *stacco delle retine, sarebbe stata la stessa cosa* « *che dare una smentita a tutti i libri* » (1). Concludimus igitur *factis* omnino *contrariam* esse Promotoris persuasionem, Medicos, nempe, non fuisse a Postulatore in iudicium vocatos « *quod* « *miraculo non favebant?!* »

39. De duabus insuper attestationibus exaratis ab ophthalmico Lugdunensi Dor, de quibus sermo est in *Animadversione* § *27*, ne dicat Fidei Vindex alteram ex iis posse a prima esse diversam quam militaris Auctoritas asservavit. Sufficit, quoad hoc, *textus,* in ipso opusculo Doctoris Dor typis impresso, relatus: « *Voici la teneur de ma decla-* « *ration:* Je soussigné D. en médecin etc. dé- « clare que Vion Dury François, est affecté de « décollement des deux rétines. Bien que la ré- « tine soit réappliquée dans l'oeil gauche, cet oeil « ne distingue pas le jour de la nuit. Avec l'oeil « droit M. Vion Dury compte à peine les doigts « à 30 centimètres de l'oeil. Il ne peut donc faire « aucun travail et doit être consideré comme ab- « solument aveugle des deux yeux, *sa maladie* « *étant du rest incurable* » (2). Verum equidem est eumdem Doctorem ad finem opusculi dicere: « *Je serai à l'avenir plus circonspect dans mes* « *déclarations d'incurabilité des décollements ré-* « *tiniens* » (3). Id tamen sinceritati suae declarationis nil officit. Primam ex iis declarationibus ipse scripsit *ex officio,* iussu *Militaris Auctoritatis,* neque certe mentiri poterat: exinde eadem Auctoritas militaris *auxit pensionem*, quae prius in fr.160 concessa fuerat caeco Vion Dury, *ad fr.600.*

(1) *Opusc. Doct. Dor pag. 4.*
(2) *Ibid. pag. 9.*
(3) *Proc. fol. 195.*

Hoc erat maximum quod decreverat Lex: « *in con-* « *formità degli Articoli 12, 14, 17 della Legge* « *11 Aprile 1831 per ferite ed infermità* » (1). Ex quo percipi nequit quomodo e contra dicatur posse de veritate primae declarationis dubitari, quia Militaris Auctoritas *non auxerit iterum* dictam pensionem fr. 600 infirmo Vion Dury post alteram exceptam declarationem?!

40. In secundo testimonio anni 1884 Dor dicebat de caeco Vion Dury: « *non può fare assolutamente* « *alcun lavoro, e deve essere considerato come* « *assolutamente cieco in ambedue gli occhi* ». Alter ex Amplissimis Patribus, uti dicitur *in Animad. 28,* inquit (ni fallimur) testimonium illud scriptum ab eodem ophthalmico fuisse anno 1884 ut caecus « reciperetur in aliquo opificio » in quo idem Dor putabat in meliorem statum posse caecitatem converti. Ast *in factis* est quod Vion Dury in familiam suam rediit *et in caecitate per septem annos cum dimidio perduravit!* Quaerit ulterius Pater idem Amplissimus: si testimonium Doctoris Dor anni 1884 erat verum, eccurnam falsum esse debebat aliud testimonium anni 1893? Sed hoc alterum testimonium ab ipso Doctore scriptum postquam sanatum examini subiecerat, *quoad substantiam* verum et illud erat, siquidem concludebat Dor: « *Non vi è alcuna ragione che lo* « *impedisca di occuparsi di un lavoro qualunque* « *siasi, garzone di masseria*, *cocchiere* ecc. » (2). Quamobrem ipse nedum *admisit sanationem,* etenim ad equos, noctu praesertim, ducendos, *visione sana* certe opus est; sed immo coram patruo sanati suisque ipsis discipulis clamavit: « *vi sono* « *alcune cose meravigliose in questa guarigione!* ». Hic idem postea, in suo opuscolo, negavit dictam hanc sanationem fuisse supernaturalem: at vero

(1) *Summ. pag. 198.*
(2) *Ibid. pag. 201.*

absurditatibus redundat illud opusculum, velut ipse Peritus *ex officio*, Ophthalmicus eximius, in suo Voto optime demonstravit.

41. Aliis difficultatibus iam antea occursum est: progrediamur ideo ad diluendas Animadversiones de absoluta caecitate infirmi Vion Dury deque ipsius sanatione perfecta.

Animadv. § 31.

42. Dicitur in primis non constare de caecitate absoluta, quia iuxta sanatum et testes *omnimoda* illa fuisset, dum militares Medici affirmarunt ob avulsas retinas contigisse *notabilem* visionis *diminutionem;* ex qua nihilominus declararunt « *l'im-* « *possibilità assoluta del servizio* » (1). Attamen declararunt id quum subiecerunt examini Vion Dury *in primordiis* morbi, quoniam hic *postea visum* absolute *amisit;* veluti contingit in processu pathologico infirmitatis huiusmodi. Audiatur, quoad hoc, Clarissimus Ophthalmicus Peritus ex officio: « *E' questo il preciso andamento* « *dei distacchi retinici.* Il distacco è quasi istan- « taneo, non toglie subito la visione, produce solo « annebiamento. La causa secondaria del distacco, « cioè il versamento del liquido tra retina e co- « roide *aumenta*, ha lento progresso, può anche « restare stazionario per qualche tempo, *per poi* « *però riprendere il suo gemizio, fino a produrre* « *la completa cecità.* Dunque è stato regolare pro- « cesso quello che ha subito il nostro Dury nel- « l'avvenuto distacco delle retine; cioè turbamento « della vista appena quando hanno agito in lui « le cause reumatiche e traumatiche; tale turba- « mento *è andato crescendo;* circa tre mesi dopo « dal solo occhio destro percepisce qualche chia- « rore, *finalmente* perde anche questo » (2).

Animadv. §§ 32, 33, 34.

43. Fatetur Fidei Vindex Francisci caecitatem a retinarum avulsione originem habuisse, istamque avul-

(1) *Summ. pag. 197 in princ.*
(2) *Vot. Periti ex officio, pag. 8.*

sionem evenisse ob liquorem retinam inter et chroroidam effusum: sed autem, subdit, tali exsiccato liquore, posse retinas in pristinam sedem redire et visionem optime sanari. Hoc vero, veluti supra diximus, in *recentibus* tantummodo avulsionibus contingere potest. Neque dicat Censor tum Peritum primum, tum causae Patronum erravisse cum dixerint sero nimis in Francisco retinas choroidae adhaesisse, ideoque supervenisse laesiones. Revera laudatus Ophthalmicus Peritus ex officio scribit in Voto suo, retinarum avulsiones « *i di-* « *stacchi retinici* » tunc tantum *posse* convalescere « **quando sono recentissimi**, quando una rigorosa « cura è stata intrapresa **sollecitamente**, condan- « nando l' infermo a 15 o 20 giorni di decubito « dorsale in camera oscura, praticando assorbi- « menti, unzioni ed iniezioni » (1). At *non semper* id accidit, et praesertim si infirmus non *illico* subiiciatur curationi post avulsas retinas. « *Se in* « *tempo* (declarat rursus Clarissimus Peritus ex « officio) s' impiegano mezzi energici, *si può ot-* « *tenere* un principio di riassorbimento dell' es- « sudato, *ma* **se non si verifica,** *specialmente nei* « *primordî,* **si ha per risultato una cecità defi-** « **nitiva,** *causa la degenerazione e l'atrofia della* « *retina* » (2). In casu hoc nostro Vion Dury postridie infortunii, *quod contigit mense Novembris 1882,* amimadvertit visionem suam summopere perturbatam esse; et, veluti egregie perpendit idem Peritus ex officio: « *dopo sei giorni col suo reg-* « *gimento si reca a piedi a Digione;* là subisce « altra visita, *l' infermità* **va crescendo**, e circa « **tre mesi dopo** dal solo occhio destro percepisce « un certo chiarore e a trenta centimetri di di- « stanza conta appena le dita; *finalmente perde*

(1) *Vot. Periti ex officio, pag. 18.*
(2) *Ibid. pag. 6 ante med.*

« *anche questa sensazione, e non riesce più a ve-*
« *dere il chiarore vivo del fuoco* ». Et prosequitur: « Il genio della scienza oculistica Alfredo « Von de Graef, ha sempre insegnato *che una re-* « *tina scollata da più di sei settimane* **non può** « **riprendere la sua funzione** » (1).

44. Admittitur e contrario aliquod post tempus oculorum retinas in Vion Dury ad pristinam sedem rediisse, *quin* exinde ei *ullum* visioni beneficium proveniret; si tamen hoc sequebatur *ob laesiones* quae supervenerant, dicitur opus esse ostendere huiusmodi laesiones « *neque naturae viribus, neque* « *remediorum ope evanescere posse* ». Huic quoque obiectioni Clarissimus Ophtalmicus Peritus ex officio respondet: « Se passa del tempo, che cer- « tamente non può esattissimamente determinarsi, « *ne avviene il riassorbimento,* causa secondaria, « come abbiamo veduto, che ha determinato il di- « stacco. *Allora la retina si riattacca irregolar-* « *mente alla coroide,* formando pieghe biancastre; « per cui gli oculisti per tali irregolarità e pie- « gature possono sicuramente diagnosticare un « riaccollamento della retina per avvenuto ante- « riore distacco; **però si è fatta atrofica, si è di-** « **sorganizzata e mai più adatta a ricevere l' im-** « **pressione degli oggetti esterni** » (2).

45. Obiicitur nihilominus non posse tutum proferri iudicium, cum in Actis Medicorum testimonia deficiant. Ast satis esset vel unum factum, Vion Dury *septem annos cum dimidio in caecitate omnimoda perdurasse* ad momentum usque sanationis instantaneae! Praeterea cognoscimus, *ex scientia,* retinarum avulsiones post aliquod tempus, ob laesiones quae superveniunt, *omnino insanabiles* esse. Tandem ophtalmicorum certificationes authenticae, aliorumque iudicia Medicorum profecto non desunt.

---

(1) *Vot. Periti ex officio, pag. 8.*
(2) *Ibid.*

Ad *factum* quod attinet assiduae caecitatis septem annorum cum dimidio in Francisco Vion Dury, adest ipsemet sanatus atque testes qui, iurati prius, id unanimi sermone confirmant. Quoad cognitionem autem *ex scientia*, audivimus iam supra Clarissimum ex officio Peritum, qui apertissime comprobavit post aliquod temporis spatium retinam, quae adhaeret ex antecedenti avulsione, fieri: « *atrofica*, « *disorganizzata* e **mai più adatta** *a ricevere l'im-* « *pressione degli oggetti esterni* ». Peritus idem ex officio refert quoque iudicium Doctoris Desmarres in aestimabili eius opere (tom. III pag. 480): « *La* « *rétine détachée doit être toujours considérée* « **comme détruite**, sauf au début du mal, **plus** « **tard ses fonctions de transmission sont perdues**; « *le malade sera réduit* **pour toujours** *à ne plus* « *distinguer que le jour de la nuit* » (1).

46. Habentur denique ophthalmicorum attestationes et Medicorum iudicia. Quoad iudicia: quum in primordiis infirmitatis Vion Dury subiectus fuerit examini Medicorum militarium, isti cognoverunt eum esse *utriusque retinae avulsione affectum;* et quamvis in iis primordiis nondum absoluta facta esset caecitas, tamen ipsi declararunt « *l' impos-* « *sibilità assoluta del servizio* » (2); ita ut mense Maii anni 1883 Auctoritas militaris « *fece conchiu-* « *dere per la riforma* » (3), concedens infirmo *primam* annuam pensionem fr. 180 (4). Doctor Verret, qui gerebat vices Doctoris Dor Lausonii, eo absente examinavit Vion Dury, in quo avulsas utrasque retinas deprehendit, dixitque: « *Nulla vi è da* « *fare; è come una casa bruciata,* **converrebbe** « **ricostruirla** » (5). Doctor Guillermet Medicus

---

(1) *Vot. Periti ex officio, pag. 18.*
(2) *Summ. pag. 197 § 12 et 198 in princ.*
(3) *Ibid. pag. 124 § 156 Conf. pag. 184.*
(4) *Ibid. pag. 197 § 13.*
(5) *Ibid. pag. 126 § 172.*

Hospitii *Confort,* iudicavit impossibilem quamlibet curationem, et dixit in casu: « *il guarire dal di-* « *stacco delle retine,* **sarebbe stata la stessa cosa** « **che dare una smentita a tutti i libri** » (1).

47. Quod ad ophthalmicorum attestationes attinet, Doctor Lugdunensis Dor, qui mense Iulii anni 1884 ab Auctoritate Militari arcessitus fuit ut examini subiiceret Vion Dury, animadvertit similiter tum retinarum avulsionem tum *absolutam sanationis impossibilitatem;* ideoque Militaris Auctoritas pensionem Francisci annuam fr. 180, auxit *usque ad* fr. *600* (2). Paullo post, *mense* scilicet *Septembris* eiusdem anni 1884, ipse ophthalmicus Dor, instante caeco Vion Dury, huic aliam tradidit declarationem in qua dicebat: « *Benchè la retina siasi riattac-* « *cata nell'occhio sinistro, quest' occhio non di-* « *stingue il giorno dalla notte.* Coll'occhio destro « *conta appena le dita* a 30 centimetri di distanza « dall'occhio. *Non può dunque assolutamente fare* « *alcun lavoro,* **e deve essere considerato come** « **cieco da ambedue gli occhi, la sua malattia es-** « **sendo incurabile** » (3). Et ipse enimvero ob *laesiones* quae supervenerant id asseruit, alioquin dicere ita non potuisset. Revera, alius ophthalmicus Lausonii, Doctor Dufour, qui plus quam semel examinavit Vion Dury, scripsit in testimonio suo diei Aprilis quartae anni 1886, oculum eius sinistrum: « *presenta le traccie di una antica retina coroi-* « *tide, e forse di un antico distacco* (poichè noi « non vediamo che linee cicatriziali, che vanno « dal nervo ottico verso la periferia dell'occhio) « *e suscettibile di avere* **compresso ed atrofizzato** « **alcune fibre della retina** ». In oculo autem de-

(1) *Summ. pag. 127 § 175.*
(2) *Ibid. pag. 184 in fine et 185 post med. — et Summ. pag. 197, 198 § 14.*
(3) *Summ. pag. 198, 199 § 15.*

xtero esse affirmavit « **un processo atrofico degli** « **elementi retinici** » (1).

48. Iure igitur optimo Clarissimus Ophthalmicus Peritus ex officio loquens de huiusmodi testimonio Doctoris Dufour, scribit in Voto suo: « **Tale dia-** « **gnosi ci conferma a perfezione** *il distacco della* « *retina riaccollata alla coroide. L'ottalmoscopio* « *gli ha fatto scorgere linee cicatriziali del nervo* « *ottico alla periferia,* **che hanno compresso ed** « **atrofizzato le fibre della retina.** Abbiamo pro- « vato che la retina si riattacca irregolarmente « alla coroide, *ma le sue fibre sono atrofizzate* » (2). Nostra igitur novisse non interest quantum temporis spatium retinarum avulsio in Vion Dury perduraverit; etenim ex experimentis ab Ophthalmicis per *ophthalmoscopium* peractis, nulla in aliquo dubitatio inesse potest retinas quae adhaeserant, factas esse *atrophicas, et nunquam* ideo *aptas amplius* ut exciperent rerum externarum impressiones. Singillatim autem Peritus ex officio Clarissimus respondet: « Che la retina siasi riaccollata « alla coroide dopo uno o più anni, *a me non* « *riguarda.* Lo scollamento in Dury *ha esistito* « *indubitatamente.* La retina per il fatto dello scol- « lamento stesso, anche durato un solo anno, « *deve essersi necessariamente disorganizzata,* ed « in queste condizioni, *anche riattaccatasi alla* « *coroide, deve causare la cecità.* Ciò è convali- « dato dall'opinione di tutti i reputati oculisti » (3). Quod in casu infirmi Vion Dury *comprobatur* a **continuatione facti**; quoniam *ipse caecus omnino permansit* **usque ad alteram diem Augusti anni 1890,** scilicet ad eum usque diem in quo instantanea sanatio contigit.

---

(1) *Summ. pag. 199 § 16.*
(2) *Vot. Periti ex officio, pag. 9 circa finem.*
(3) *Ibid.pag. 20 in princ.*

49. Et revera, in responsione prima ad animadversiones *(pag. 79-80-81)* evidentissime demonstratum est *remedia omnia* ab ophthalmico Lausonii Doctore Dufour adhibita *absolute in irritum cessisse.* Ipse idem postquam caecus ille miser *quarta vice* redierat Lausonium, ei declaravit: « **che non** « **vi era da fare più nulla,** e mi offrì alcuni soc- « corsi pel viaggio » (1). Iniectiones *sticninae* praescriptae, relictae statim sunt a Medico ipso Hospitii *Confort,* Doctore Guillermet, utpote inutiles: « **questo trattamento fu ben presto lasciato** « **come inutile** » (2). Denique Sorores a Charitate Hospitii *Confort,* in quo se caecus receperat, unanimi consensu in Processu testatae sunt: « *che* « *egli* **era completamente cieco,** *non potendo di-* « *scernere alcun oggetto* » (3). « A parte il bianco, « egli *non riconosceva alcun altro colore.* Faceva « differenza del giorno e della notte, e quando il « tempo era più chiaro aveva un'impressione più « forte della luce, *ma* **non distingueva gli oggetti** ». « *Quando veniva chiamato faceva il gesto di vol-* « *tarsi,* **ma non vedeva punto** » (4). « La perdita « della vista **era totale,** *poichè quando gli passavo* « *vicino egli* **non accorgevasi** *della mia presenza* ». « — « **Non iscorgeva** *il chiarore di una fiamma* « *che si faceva passare avanti i suoi occhi* » (5). « Si passava d'innanzi a lui *senza che egli facesse* « **alcun movimento per guardare.** Facevasi ordina- « riamente **condurre**, *e non faceva un passo* « *senza tastare il suolo col bastone* ». — « Ho po- « tuto ingannarlo (deposuit Parochus pagi *Lalley-*

---

(1) *Summ. pag. 127 § 177.*
(2) *Ibid. pag. 134 §§ 222 - 223 Conf. pag. 122 § 144 alibique.*
(3) *Ibid. pag. 116 § 101.*
(4) *Ibid pag. 118, 119 §§ 120 121, et pag. 104 §§ 7, 8, 9.*
(5) *Ibid. pag. 114 § 79 et pag. 131 § 204.*

« *riat* patriae Francisci) conducendolo alla par-
« rocchia, dopo avergli parlato di condurlo al-
« trove » (1).

50. Dubitatur utrum sanatio fuerit perfecta atque instantanea, quia illico post sanationem, Vion Dury *in oculo tantum sinistro* quamdam nebulam vidit. De hoc, veluti de re *notissima*, Peritus ex officio Clarissimus sincere scribit: « *Dichiaro che* « **spessissimo nella pratica incontriamo ciò, e n'è** « **causa una leggera miopia**, *ad insaputa di chi* « *ne ha il difetto*. Solo una circostanza *lo fa* « *avvertito che da un'occhio vede gli oggetti rico-* « *perti da leggera nebbia;* e tale imperfezione è « quasi sempre *congenita* ». Et prosequitur: « *Se* « *un individuo ha anco dalla nascita uno dei due* « *occhi leggermente miope, vi vuole* un fatto spe- « ciale *perchè se ne avveda*. **Spessissimo** *l'oculista*, « a **perfetta insaputa** *di chi lo consulta*, **constata** « *che un occhio è più debole dell'altro*. Dopo un'e- « clissi solare, in cui il volgo ha costume di os- « servarla con vetri affumicati, *quanti che fino* « *allora erano persuasi di godere una vista ec-* « *cellente, si accorgono di vedere meno da un oc-* « *chio che dall'altro*, e corrono, *ma infruttuosa-* « *mente*, dall'oculista » (2). Franciscus Vion Dury tum in operibus agrariis, tum in vita militari, nunquam animadvertere potuit levem illam oculi sinistri miopiam, quae ipsi fuerat *congenita*. Ipse caecitatem *septem annos cum dimidio passus est* et per integrum hoc tempus *in obscuritate* permansit. Visu *extemplo* recuperato, naturale equidem erat eum illico, agente luce, advertere se ex oculo miopo res praesertim *distantes* minus recte discernere, quod, *hoc ipse expertus est ocu-*

Animadv. §§ 35, 36.

---

(1) *Summ. pag.* 118 § 115 et *pag.* 132, 133, §§ 214, 215.

(2) *Vot. Periti ex officio, pag.* 12 *in princ. pag.* 19 *circa fin. et pag.* 21 *in med.*

lum dexterum claudens, ut Sororibus responderet quae anxie ab eo quaerebant: « *ci vedete bene in* « **ambedue** *gli occhi?* » (1). Et *effectum*, quem ipse persensit res distantes minus clare perspiciens ex oculo sinistro tantum, *ipse significavit iis verbis:* « coll'occhio sinistro vi è ancora una « nebbia »; *modus fuit hic dicendi;* etenim ex dicto oculo sinistro, res *distantes* minus recte discernebat easque *veluti nebulosas* videbat; quemadmodum Peritus ex officio scite dixit: « *Solo* « *una circostanza* lo fa avvertito *che da un occhio* « vede gli oggetti *ricoperti da una leggera neb-* « *bia* « (2). Et revera miopia, veluti Moranus scripsit: « dal punto di vista ottico, rappresenta « un eccesso di rifrazione, e nel senso anatomico « un occhio patologicamente allungato « (3). Sed videns iterum sanatus *ex utrisque oculis,* **non amplius animadvertebat** levem miopiae defectum, quemadmodum *contingere* naturaliter *solet iis omnibus queis oculus leviter miopis est, quum ipsi aspiciant* **oculis utrisque**. Hinc postridie sanationis instantaneae, *putavit* sanatus sinistri oculi visum in melius pregredi, preces enim novendiales pro gratiarum actione peragebat, ideo novem post dies ait: « ci vedo così bene come a venti anni ». Ophthalmicus Clarissimus Peritus ex officio optime dicit: « *è un'assioma* che la smania di vedere *fa* « *travedere* » (4). Verissimum enim est Franciscum « *tornò a vederci* **come a venti anni** »; nihilominus ipse revera e sinistro oculo leviter miopo videbat *similiter ac prius.* Hoc autem adeo verum est, ut fere omnes Sorores in Processu testatae sint: « La guarigione che è stata istantanea, è « stata *anche completa; credo che egli* **abbia ve-**

(1) *Summ. pag. 194 in princ.*
(2) *Vot. sup. cit. pag. 21 in med.*
(3) *Encicloped. Med. Ital. - Diottrica - pag. 237.*
(4) *Vot. Periti ex officio pag. 20 in fine.*

« **duto come vede al presente.** *Nella sera* egli con-
« servava una piccola nebbia, **ma il giorno se-**
« **guente** *quella nebbia* **disparve, e non tornò più »**. Hoc in Processu declaravit Soror Theresia (1). Et Soror Martha: « **Nel giorno seguente ci vedeva** « **ugualmente bene con ambedue gli occhi.** Secondo « me, **fin da quel giorno** *la guarigione è stata* « *completa* » (2). Denique, ut alios testes praeteream, Soror Iosephina idem confirmavit: « **Nel** « **giorno seguente** *l'appannamento* **era scomparso,** « e disse **di vedere bene con ambedue gli occhi** » (3). Et id, quia videns ipse utrisque ex oculis, non animadvertebat amplius levem illam oculi sinistri miopiam.

51. Levem hanc sanati **miopiam** in oculo sinistro quae talis erat, uti demonstratum fuit in prima responsione *pag. 104, 105,* comprobat experimentum a Doctore Dor, tres post annos a sanatione peractum. Nam Francisci patruus *qui huiusmodi experimento aderat,* dixit in Processu manere: « *una ineguaglianza nella vista; l'occhio sinistro* « *vede* **meno lontano. Ciò non ostante egli ci vede** « **chiaramente** » (4). Quamobrem ipse Doctor Dor in suo testimonio declaravit: « *In queste condi-* « *zioni,* **non vi è alcuna ragione che lo impedisca** « **di occuparsi di un lavoro qualunque siasi,** *gar-* « *zone di masseria,* **cocchiere** ecc. ecc. » (5). Naturaliter autem aurigae est *equos etiam noctu ducere!* Et Dor idem, Francisci patruo affirmavit: « *Ella può* **in piena coscienza** *raccomandare il* « *suo nipote:* **è capace di qualsiasi lavoro ed appli-**

---

(1) *Summ. pag. 155 § 29.*
(2) *Ibid. pag. 160, §§ 61, 62.*
(3) *Ibid pag. 156 § 42. — Conf. pag. 151 § 3 — pag. 163 § 78.*
(4) *Ibid. pag. 167 § 101.*
(5) *Ibid. pag. 100 § 17.*

« **cazione** » (1). Revera Periti Iudiciales qui anno 1894 sanatum examini subiecerunt ex officio, scripserunt: « *a sinistra l'acuità visuale è più debole* » affirmarunt tamen *cum oculo tantum sinistro* « **egli può leggere** *i caratteri della grandezza di un centimetro a quattro millimetri* **alla** « **distanza** *di trenta centimetri* » (2). Quod, uti iam Ophtalmicorum auctoritate demonstratum est, miopiam valde levem constituit (3).

52. Ostendimus igitur illam nuncupatam nebulam in oculo sinistro sanati, nil aliud fuisse nisi *congenitae* eius *miopiae* effectum; quae levissima miopia suapte natura permansit, *quemadmodum erat ante infortunium,* quam Franciscus numquam animadverterat. Hinc miraculum sanationis instantaneae visus, unum tantummodo miraculum constituit, quoniam nebula, quae nil aliud erat quam congenita miopia, minime constituebat morbi relictum. Et eadem haec sanatio fuit *perfecta,* siquidem Francisci visio rediit absolute *veluti fuerat ab eius nativitate* usque ad diem infortunii. Novendiales quas instituit preces, ipse idem ait fuisse « *in* « *rendimento di grazie* » (4), post prodigiosam obtentam sanationem vespere diei 2 Augusti 1890. Si putaverit paulo post meliorationem se in sinistro oculo assequutum fuisse, iam supra demonstravimus eam fuisse suam aestimationem. Profecto cum *generales phisicae conditiones,* post eius perfectam sanationem, verterentur in melius, tum ob sedatam nervorum agitationem, tum ob obtentam tranquillitatem, naturaliter etiam nervi optici maiorem vim adepti sunt, ita ut in sinistro speciatim oculo miopo visio magis excitata fuerit; semper vero manens *congenitam* illius oculi *levissimam* miopiam.

(1) *Summ. pag. 167 § 100.*
(2) *Ibid. pag. 183 § 8.*
(3) *Vide prim. resp. pag. 104, 105.*
(4) *Summ. pag. 195. in med.*

Videtur autem ipse sanatus illam suam miopiam cognovisse, cum in Processu deposuerit statum oculorum eius, « *è rimasto lo stesso, senza diminu-« zione, come senza accrescimento* ». Subdit vero: « **Ma** *io ci vedo, come ci vedeva quando era gio-« vane* » (1).

53. Egregius igitur Censor non dicat: « restitutus « visus *functionaliter atque organice imperfectus « censendus est* ». Si enim id verum esset, constitueret morbi *vestigium, a scientia ophthalmica penitus exclusum* in retinarum avulsionibus. Audiatur Clarissimus Peritus ex officio: « *Questa de-« bolezza visiva nell'occhio sinistro di Francesco* « **non costituisce un morboso relitto**, *e deve ri-« petersi* **completo, istantaneo, portentoso il mi-« racolo** *che in lui è avvenuto;* **e ciò torno a de-« porre con mio giuramento** ». Et adiicit: « **Fran-« cesco aveva le retine atrofizzate da tempo**; se « non vi fosse stato il concorso soprannaturale « che ha dato vita e che le ha fatte risorgere, *il « Dor nel suo esame* **avrebbe trovato cieco Dury**, « *invece ce lo dice guarito* ». Et sequitur: « *Dury « ci vede, legge tutti i caratteri, distingue tutti « i colori,* **ci vede come vedeva a venti anni**. Ci « vede meno lontano dall'occhio sinistro, *dunque « è leggermente miope; miopia* **che non deve con-« siderarsi come un residuo del distacco reti-« nico** » (2).

54. Testimonia a Censore in medium allata in § *37 Animad.* confirmant *miopiam* oculi sinistri in Francisco. — Ceterum, Cl. Peritus ex officio *opusculum* Doctoris Dor refellere aggreditur. Iam in responsione prima evidenter exposuimus maximas in eo *contradictiones, absurditates et mendacia quidem,* velut illud: « *malgré cela, la vision ne revint que*

Animadv. §§ 37, 38, 39.

(1) *Summ. pag. 169 § 110.*
(1) *Vot. Periti ex officio, pag. 21 in fine ; pag. 14 in fine et pag. 15 in princ.*

« *très imparfaitement* », dum ipse idem declaravit sanatum Franciscum potuisse « *occuparsi di un* « *lavoro qualunque* » et exercere **artem aurigae** ideoque noctu; eiusque patruo dixit: « *Ella può in* « *piena coscienza* raccomandare il suo nipote, **ca-** « **pace di qualunque lavoro ed applicazione** »; et clamavit quoque coram suis alummis: « **Vi sono** « **delle cose maravigliose in questa guarigione!** ». Hodie autem, uti diximus, Clarissimus Ophtalmicus Peritus ex officio *opusculum integrum Doctoris Dor scienter ipse refellit.* Recolimus heic quaedam tantummodo quae obiectionem Fidei Promotoris respiciunt. Laudatus Peritus ait Doctorem Dor: « *opina* « che la retina *possa* avere ripreso la sua *strut-* « *tura fisiologica,* che durante la cecità di Dury « la retina stessa abbia *conservato una incapacità* « *funzionale,* come si vede negli isterici, e quindi « spiegare il tutto colla suggestione. *Quale inge-* « *nuità !!* E' mai possibile che la retina, di cui « conosciamo la delicata struttura, possa per sette « anni e mezzo conservare una incapacità funzio- « nale? Ammesso pure che si verifichi negli iste- « rici, tale incapacità avviene per brevissima du- « rata, è alternante, mai duratura, mai per lungo « spazio di tempo. Il nostro Professore *ha voluto* « in prima *dimenticare* che negli scollamenti di « lunga durata, *la retina,* per la sua delicatissima « struttura, *si altera, s'ipertrofizza, e quindi,* **anco** « *riaccollandosi alla coroide,* **perdura la cecità.** « E poi ha la cattiva idea di ricorrere a spiegare « il tutto colla suggestione! **E' questo il massimo** « **dei cavilli**, *che fanno purtroppo chiaramente* « *apprezzare i sentimenti di chi l'ha resi di pub-* « *blica ragione.* Il Dor si trovava sotto un incubo « che troppo l'opprimeva. I giornali religiosi ave- « vano diffuso questa eclatante guarigione; vi figu- « rava una sua esplicita dichiarazione: doveva « avanti ai suoi discolparsi. *La vera causa della* « *guarigione l'ha voluta astutamente trascurare;* « ed ecco perchè tanto cavilloso lavoro, tanta pub-

« blicità. **Nego** *che il distacco retinico di Fran-* « *cesco* **poteva guarire per le forze della natura o** « **per opera dei rimedi.** *Se si riebbe in Francesco* « *dopo un anno il riaccollamento,* **non si riebbe** « **la visione.** *La struttura della retina* **non era più** « **fisiologica, era disorganizzata** » (1).

55. Quoad Peritos Iudiciales attinet, qui subiecerunt examini sanatum tempore Inquisitionis, nempe anno 1894, ipsi *recidivam* caecitatem minime timebant. Nam recidiva « dicitur morbus *factus* « *ex reliquiis* praecedentis morbi » (2); et supra vidimus, auctoritate etiam Cl. Periti ex officio, morbi reliquias, omnino defuisse in sanato Francisco. Itaque Iudiciales Periti tantum responderunt ad hoc *Interrogatorium* Iudicum: « *Se per* « *la stessa causa, che ha prodotto la malattia,* « la vista di Vion Dury potrebbe *nuovamente* per- « dersi? » Ipsi responderunt, velut naturale erat: « *Ci è impossibile* di affermare che i turbamenti « oculari osservati in Vion Dury per il passato, « non si rinnovino ». Equidem, si forte contigeret ipsum rursus obnoxium infeliciter esse *causis* illis *trhaumaticis et rheumaticis* ex quibus retinarum avulsio *provenit*, et altera avulsio contingere posset. *Nequaquam* autem hoc pertineret *ad recidivam* caecitatem, quae ex *vestigio* morbi prioris sponte evenire deberet. Et *factum idem* **visionis optimae** *qua* **octo post annos** *ab examine illo iudiciali* **fruitur** hodie Franciscus Vion Dury, quemcumque, etsi levissimum, timorem aufert spontaneae recidivae caecitatis ex *supposito* vestigio infirmitatis illius. Quae autem obtenditur *melioratio,* haec concipi tantum potest *in morbi decursu,* numquam in cessato morbo. Quod si Periti dixerunt in visu sanati « *meliorem* esse *conditionem* » id significarunt *in sensu* **relativo** *ad declarationes*

(1) *Vot. Periti ex officio pag. 15, 18, 21.*
(2) *Benedict. XIV, lib., 4, Cap. 8, num. 31.*

Doctoris Dor, in publicum editas. Revera ipsi dixerunt: « vi è nella sua vista *un miglioramento* « **dopo che il Sig. Dor ha reso conto del suo stato** ». Et sane Dor ille nedum in suo opuscolo typis impresso declarabat *falso* Francisci visionem rediisse « *très-imparfaitement* », sed etiam in testimonio anni 1893, dicebat: « Ha ricuperato la « vista d'una maniera *quasi* completa nell'occhio « *destro* e non rimane che una *leggera limita-* « *zione perisferica nel campo visuale* » (quod etsi, per hypothesim, verum esset, constituisset defectus *congenitus* in oculo Francisci). Optimo itaque iure Periti, nedum *siluerunt* absolute de *nuncupata* limitatione perisferica oculi dexteri, sed immo sincere declararunt: « **a destra la visione è eccel-** « **lente!** ». In sinistro autem oculo asserebat Dor: « la vista è *molto meno* buona » dum Iudiciales Periti candide dixerunt: « a sinistra *l'acuità* vi- « suale è *più debole* » (1); quod naturaliter proveniebat *ex congenita miopia,* veluti Ophthalmicus Clarissimus ex officio Peritus demonstravit.

Animadv. §§ 40, 41.

56. Modo Censor Amplissimus de invocatione loquens, admittit sanatum « *speciali modo oratio-* « *nem ad B. Chanel comprovincialem suum di-* « *rexisse* » pariterque admittit ipsum « *unum* « *B. Chanel invocando institisse* ». Attamen subdit, moniales triduum instituisse in honorem B. B. Perboyre et Chanel, et cum gratias Deo agerent pro sanatione impetrata, ad utrumque item fusas addidere. Fatetur vero sanatum tunc clamasse: « *Pregate, pregate il Beato Chanel;* « *è lui che mi ha fatto la grazia* ». Nihilominus asserit: « probari nequit hanc opinandi rationem « *sensui* piarum sororum puellarumque praeferri « opertere ». Ast, etiam *in hypothesi* invocationis amborum BB. Martyrum a Sororibus factae, ratio suadet *iteratam, fervidam peculiaremque invo-*

(1) *Summ. pag. 183 § 8.*

cationem aegroti erga solum Beatum Chanel, praeferri oportere. Sed autem Summus Pontifex Benedictus XIV scite scripsit: « Invocatio duplici modo « fieri potest: vel ab eo qui sanitatem recipit.. « vel ab alio qui preces fundit pro aegroto... *At « sive invocatio fiat ab aegroto*, vel ab alio pro eo, « **invocatio solo dicto invocantis comprobata di- « cenda est** ». Ne dicas id non procedere in casu quo duo Beati *ab aliis* invocati sint, quandoquidem ipse Pontifex auctoritate Doctorum firmavit: « **Sufficit ut super invocatione deponat solus pa- « tiens** ». Propterea, si alii etiam *alterum* Beatum invocavissent, standum est iuratae depositioni sanati, cum *intentio* patientis nemo profecto praeter ipsum *melius* cognoscere possit. Hinc, prosequitur laudatus Pontifex: « *In quo etiam « procedit regula iuris de fide praestanda testi de « facto proprio testimonium reddenti* » (1).

57. Re sane vera sanatus ipse in Processu, suo iuramento, deposuit: « Ho udito parlare del *B. Chanel* « dal mio Curato di *Lalleyriat* (patria eiusdem sa- « nati), quando si avvicinava il tempo della sua « Beatificazione. Egli *mi narrava la sua vita, il « suo amore per la Santissima Vergine,* ed ag- « giungeva: « Tu vedi quel che la SS^{ma} Vergine « ha fatto per il Beato. *Se tu pregassi bene dal « canto tuo, il Beato ti otterrebbe la grazia* ». Et ipse Parochus fatetur: « *Gli ho suggerito la « devozione al Beato Chanel* » (2). Exinde miser caecus singulari pietate in Beatum Chanel permotus, eum exorare consuevit: « **Ho conservato** (deposuit ipsemet in Processu) « *con una devo- « zione speciale per la Santissima Vergine,* **l'abi- « tudine di pregare il Beato Chanel** » (3). Cum Parochi consilio in Hospitium vulgo *Confort* Fran-

(1) *Lib. III, Cap. VI, num. 17.*
(2) *Summ. pag. 145 § 44 et pag. 149 § 66.*
(3) *Ibid. pag. 145 § 44.*

ciscus se contulerit et triduanae preces in honorem Beatorum Chanel et Perboyre institui paulo post deberent, Sorores eum excitarunt ut Beatos illos fidenter exoraret. Sed ipse deposuit: « *Vi* « *erano ancora nove giorni prima della festa* « *del Beato. Cominciai una novena:* ogni giorno « io recitava sei corone di Rosario. *Nei due o tre* « *primi giorni io recitava le due ultime in onore* « *dei due Beati. Poi dissi fra me stesso:* **Non** « **bisogna chiedere la guarigione a due Santi nello** « **stesso tempo. Allora io mi rivolsi unicamente** « **al Beato Chanel,** *perchè egli è del mio Dipar-* « *timento.* **Le parole del Sig. Curato di Lalleyriat** « **mi tornarono a memoria**: « *Il Beato Chanel,* « *fino dalla sua tenera età, ha amato molto la* « *Santissima Vergine; conviene imitarlo, e come* « *lui pregarla con fervore* ». **Così pieno di fiducia** « **chiesi al Beato Chanel** *di parlare alla Santis-* « *sima Vergine per me affinchè mi concedesse la* « *guarigione.* **Più la novena appressavasi alla fine,** « **e più sentiva crescere in me la fiducia e la spe-** « **ranza della guarigione.** *L'ultimo giorno della* « *novena, io andai a recitare le mie due corone* « *di Rosario* **in onore del Beato Chanel** *d'innanzi* « *alla statua della Vergine SSma che trovasi in* « *fondo al boschetto* » (1).

58. Absolutis novendialibus precibus die 2 Augusti, poenis animique angustiis exagitatus, vespere in lecto se collocavit, phialam aquae sanctuarii vulgo *Lourdes* prae manibus sumit, et *Beati Chanel* auxilium viva admodum fiducia motus, ardentissime invocavit *clamans* (uti iuratus in Processu deposuit): « **Beato Chanel chiedete per me la guarigione alla Santissima Vergine.** *Io non ne sono* « *degno* » (2).

---

(1) *Summ. pag. 189 §§ 4,5,6. — Conf. pag. 147,50.*
(2) *Ibid. pag. 147 § 55.*

59. Sanatus ipse in sua scripta authentica relatione id ad amussim confirmavit: « Con un movimento « nervoso spezzai il turacciolo e tolsi con qualche « forza la parte che era rimasta: « **Beato Chanel,** « *io non sono degno,* **chiedete voi per me alla** « **Santissima Vergine che io possa vederci** » (1). Statim prodigiosa obtenta sanatione, in Sacellum se contulit, et cum Soror Aloisia preces recitaret in gratiarum actione, addens invocationes Beatis Chanel et Perboyre, ipsemet ita testatus est: « *Nell'ascoltare questi nomi,* **io mi sono rivolto** « **ed ho detto ad alta voce:** « **Pregate il Beato** « **Chanel, è a lui che ho fatto la novena** » (2). Addit tandem in Processu: « **Sono talmente certo** « **che la mia guarigione è un miracolo che debbo** « *alla Santissima Vergine ed* **alle intercessioni** « **del Beato Chanel,** *che io dirò ancora, come l'ho* « *detto:* **Se io dovessi morire per attestarlo, cre-** « **derei di fare la più bella delle morti!** » (3). Quae cum ita sint, agentis intentio luce meridiana clarius effulget, scilicet eum voluisse *Beatum Chanel invocare* propter devotionem quam in ipsum fovebat.

